

NOI REFORMATORI  
dello Studio di Padova.

**H**Avendo veduto per la Fede di Revisio-  
ne, & Approbatione del P. F. Tomaso  
Maria Gennari Inquisitore nel Libro intito-  
lato: *Constitutiones Pontificiae, & Romanarum  
Congregationum Decisiones ad Confessarios utrius-  
que Cleri spectantes*, Jo: Baptista Pittono Sacerdote  
Veneto Collettore, non v'esser cos' alcuna con-  
tro la Santa Fede Cattolica, e parimente  
per Attestato del Segretario Nostro, niente  
contro Prencipi, e buoni costumi, concedemo  
Licenza à *Leonardo Pittoni Stampatore*, che  
possa esser stampato, osservando gl' ordini in  
materia di Stampe, e presentando le solite  
copie alle Publiche Librerie di Venetia, e di  
Padova.

Dat. 16. Agosto 1714.

( Francesco Loredan K. Proc. Ref.  
( Alvise Pisani K. Proc. Ref.

*Agostino Galadini Segretario.*

Si habeantur hoc in Libello aliquæ Resolutiones, quæ non sint  
ubique usu receptæ, Auctor fatetur se non per hanc Impressionem,  
delegare consuetudini Locorum, aut Privilegiis, exemptionibus  
&c. sed eas typis mandare referendo tantum Auctores, non pro-  
priam sententiam asserendo intelligit.

CON-

CONSTITUTIONES  
AC DECISIONES  
AD CONFESSARIOS

UTRIUSQUE CLERI  
SPECTANTES,

EDITÆ

ANNIS, DIEBUS, & MENSIBUS,  
UT INFRA.

Anni		Numeri
1023. 28. Jul. —	<b>E</b> xcommunicationis poenam incurrunt aliquid tollentes de Thesauro, quem Henricus I. Romanorum Im- perator obtulit Casini Sancto Benedicto in gratia- rum actionem. <i>Benedictus VIII. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 6. quæ incipit No- tum volumus.</i>	1
1174. 30. Dec. —	Fas sit Abbati Monasterii S. Marie de Monte Regali omnes Clericos, & Lai- cos suos cuiuscunque ordinis, vel lexus ad Con- fessionem recipere. <i>Alexander III. apud eund. in d. Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 185. quæ incipit Ex debito.</i>	2
1208. 23. Jan. —	Sacerdotes ab Abbate S. Petri de Regio deputati, possint Confessiones acceden- tium audire, eisque peccatorum absolutionem impertiri. <i>Innocentius III. apud Margarin. in Bul- lar. Casinen. tom. 2. Constit. 228. quæ incipit Quoties;</i> juxta ea, quæ concesserant <i>Stephanus IX. anno 1057. mense Decembri, ibid. Constit. 99. quæ incipit Quem- admodum: Alexander II. anno 1072. 12. Maji; ibid. Constit. 109. quæ incipit Quemadmodum;</i>	3

A

ac

CONSTIT. ac DECIS.

- ac *Calixtus III. anno 1194. 24. Dec. ibid. Constit. 216. qua incipit Quotiens.* ¶ Vide tamen infra 1516. 19 Dec.
1208. 25. Jul. — Monachis S. Benedicti Casinen-  
sis Sacramentales Confessiones audire in quavis  
Dioecesi, in locis Casinenfi Monasterio subje-  
ctis, nullus Episcopus, excepto pro communi  
totius Civitatis, vel Parochiæ Interdicto, prohi-  
beatur. *Innocentius III. apud eund. in d. Bullar. Casi-  
nen. tom. 1. Constit. 23. qua incipit Omnipotenti Deo.*  
¶ Vide tamen infra, 1516. 19 Dec. & 1670. 21.  
Jun.
1254. 6. Mar. — Nullis Græcorum per Sacerdo-  
tes, vel Confessores, pro satisfactione pœnitenti-  
æ unctio aliqua solummodo injungatur. *Inno-  
centius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1.  
Constitut. 14. qua incipit Sub Catholicæ, & refert  
etiam Quarant. in Sum. Bullar. verb. Græcorum Ri-  
tus, num. 6.*
1254. 6. Mar. — Sacerdotes Græci conjugati, &  
alii, quibus Parochiarum cura, vel Ecclesiarum  
Parochialium regimen per Episcopos suos com-  
mittitur, licite ac libere possint Parochianorum  
suorum Confessiones audire, ipsisque pœnitenti-  
am injungere pro peccatis, quia cui licet, vel  
conceditur quod est majus, competit nimirum,  
nec negari convenit quod est minus: Liberum ta-  
men sit ipsis Episcopis viros alios idoneos coadju-  
tores, & cooperatores habere in audiendis Con-  
fessionibus, & pœnitentiis injungendis, ac cæ-  
teris, quæ ad salutem pertinent Animarum. *Inno-  
centius IV. apud eod. ibid. num. 16.*
1254. 6. Mar. — De Fornicatione, quam solutus  
Græcus cum soluta committit, quin sit mortale  
peccatum, non est aliquatenus ambigendum,  
cùm tam Fornicarios, quàm Adulteros à regno  
Dei Apostolus asserat alienos. *Innocentius IV.  
apud eod. ibid. num. 18.*
1254. 23. Mar. — Inquisitoribus hæreticæ pravi-  
tatis

Pro CONFESSARIIS.

- tatis datur facultas absolventi à Censuris Ecclesia-  
sticis Confratres Societatis Crucesignatorum, pro  
Sanctæ Inquisitionis præsidio instituta; & dispen-  
sandi cum Clericis super Irregularitatibus, si quas  
sic ligati, celebrando Divina Officia contraxe-  
rint; ac commutandi Vota eorundem Crucesigna-  
torum, Terræ Sanctæ Voto excepto. *Innocentius  
IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit.  
17. qua incipit Ut nihil.*
1260. 4. Maji. — Dicitis Inquisitoribus hæreticæ  
pravitatis datur facultas absoluti à sententiâ  
Excommunicationis omnes illos, qui, dimissa  
hæreticorum perfidia, ad unitatem Catholicæ  
Fidei liberè, ac humiliter redire voluerint, &  
credentes, receptatores, fautores, ac defensores  
eorum: ac etiam reconciliandi eos Ecclesiæ, à  
qua noscuntur diabolica suggestionè præcisi.  
*Alexander IV. apud præf. Cherubin in d. Bullar.  
Rom. tom. 1. Constit. 18. qua incipit Cupientes, §. 1.*
1260. 11. Dec. — Omnes Excommunicationis  
Interdicti, ac Suspensionis sententiæ in hæreticæ  
pravitatis Inquisitores in Italia late occasione ne-  
gotii Sanctæ Fidei, irritæ sunt, & inanes. *Alexan-  
der IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit.  
23. qua incipit Catholicæ, §. 1.*
1261. 4. Aug. — Inquisitores hæreticæ pravitatis,  
& eorum Socii Ordinis Fratrum Prædicatorum,  
in Regno Aragonum pro tempore existentes, mu-  
tuò se possint ab Excommunicatione absolvere, &  
in Irregularitatibus dispensare, à quibus per Prio-  
res ejusdem Ordinis absolvi possent. *Urbanus IV.  
apud eund. tom. 1. Constit. 8. qua incipit Ut negotium,  
§. 1. & iterum tom. 3. Constit. 1.*
1262. 20. Mar. — Si aliqui, hæreticæ labe peni-  
tus abjurata, redire voluerint ad Ecclesiasticam  
unitatem, eis, juxta formam Ecclesiæ, absolutio-  
nis beneficium impendant Inquisitores in Provin-  
cia Lombardiæ, ac Marchia Januensi existentes,  
& injungant eisdem quod injungi talibus contine-  
A 2 vit,

CONST. ac DECIS.

vit, proviso solerter, ne simulata conversione redeant fraudolenter, & dictos hæreticæ pravitatis Inquisitores, imo potius seiplos fallentes, sub Agni specie gerant Lupum. *Urbanus IV. apud eund. tom. 1. Constit. 2. que incipit Licet, §. 6.*

1265. 4. Aug. — Inquisitores hæreticæ pravitatis, & eorum Notarii, quamdiu in prosecutione hujusmodi negotii fuerint, à quocunque Officiali Sedis Apostolicæ delegato non possunt excommunicari, suspendi, vel interdici, absque ejusdem Sedis licentia speciali. *Urbanus IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 4. que incipit Ne Inquisitionis, §. 1. ¶ Notandum, quod neque ipsi Papæ Officiales possunt ab Inquisitoribus excommunicari, &c. ut habetur in Extravag. Joann. XXII. titata à d. Cherubino, ibid.*

1265. 21. Jul. — Generalis Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, & singuli Provinciales Ministri, & eorum Vicarii, ac etiam Custodes in Provinciis, & Custodis sibi commissis, Fratres constituti ibidem, necnon & Fratribus aliis ejusdem Ordinis interdum ad eos declinantibus, undecunque absolutionem, & dispensationem indigentibus, sive priusquam intraverint Ordinem, sive post, in casibus, in quibus excesserint, pro quibus Excommunicationis, vel Interdicti, aut Suspensionis incurrerint sententias à Jure, vel à Judice generaliter promulgatas, & hujusmodi sententias innodati, aut in locis suppositis Ecclesiastico Interdicto Divina Officia celebrantes, vel suscipientes Ordines, sic ligati, normam Irregularitatis incurrunt, absolutionis, & dispensationis beneficium valeant impetiri, nisi adeo gravis fuerit, & enormis excessus, quod sint ad Sedem Apostolicam merito destinandi. *Clemens IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 4. que incipit Virtute, §. 11. ¶ meminit Matthæus, in Offic. Cur. Regul. tom. 1. cap. 23. num. 52. ¶ Destinandi autem ad Sedem Apostolicam sunt*  
ii, de

Pro CONFESSARIIS.

ii, de quibus infra, 1474. 1. Jan. ¶ Vide etiam infra Constitutionem Pii V. editam 1571. 21. Jul.

1265. 21. Jul. — Fratres dicti Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, quos pro tempore Generalis, & Provinciales Ministri, necnon & eorum vices gerentes, ac etiam Custodes in propriis habuerint Confessores, absolutionis, & dispensationis beneficium dictis Generali, & aliis, ut supra, cum expedierit, valeant impetiri, juxta formam concessionis super absolutione, & dispensatione Fratrum ejusdem Ordinis superius factæ. *Clemens IV. apud eund. ibid. §. 12.*

1265. 21. Jul. — Volentibus aggregari collegio Fratrum Minorum Conventualium dicti Ordinis S. Francisci, qui suspensionis, aut interdicti, vel excommunicationis sententias à Jure, vel à Judice promulgatas generaliter sunt ligati, absolutionis beneficium observata formâ canonicâ impetiri; ac eos, qui post assumptum habitum, vel Professionem etiam recolerint se talibus in saculo fuisse sententias innodatos, secundum formam ipsam tum Generalis, & Provinciales Ministri, tum etiam ejusdem Ordinis Custodes, ac illorum vices agentes, valeant absolvere, & cum irregularibus dispensare, si forsan talibus innodati sententias, vel in locis Interdicto suppositis Divina præsumperint Officia celebrare, vel Ordines receperint: ita tamen, quod si aliqui hujusmodi eisdem sententias propter debitum sunt adstricti, satisfaciant, ut tenentur: Postquam autem fuerint absoluti hujusmodi volentes aggregari supradicto Collegio, nisi mox Ordinem ipsum intraverint (etiam si super hoc eis iudiciâ à Prælati ejusdem Ordinis concedantur) eo ipso in pristinas sententias, à quibus eos taliter absolvi contigerit, relabantur: Ceterum dictorum Absolutionum discretio cautè provideat, ut Apostolicæ Sedis, Legatorum ipsius, & Ordinariorum locorum,

CONST. ac DECIS.

in absolutiōibus hujusmodi scandalum evitetur.  
*Clemens IV. apud eund. ibid.*

1289. 17. Aug. — Singuli Fratrum, & Sororum  
secularium Tertij Ordinis S. Francisci, ter in an-  
no, videlicet, in Natali Domini, in Resurre-  
ctione ipsius, & Pentecostes Festivitatibus, pec-  
cata propria confiteri, & Eucharistiam devotè su-  
scipere non postponant, reconciliando se proxi-  
mis, & restituendo etiam aliena. *Nicolaus IV. in ap-  
probatione Tertia Regula, apud Cherubin. in Bullar.  
Rom. tom. 1. Constit. 2. quæ incipit Supra montem, cap. 6.*

1294. 27. Sept. — Ingredientes Congregationem  
Monachorum Cœlestinorum Ordinis S. Benedic-  
ti, qui Suspensionis, aut Interdicti, vel Ex-  
communicationum sententiis à jure, vel ab homi-  
ne promulgatis, generaliter, & specialiter sunt  
ligati, absolutiōis beneficium juxta formam Ec-  
clesiæ impetiri, dummodo in eodem Ordine per-  
severent, ac eos, qui post assumptum habitum, &  
vel Professionem emissam recoluerint se talibus in  
saculo fuisse sententiis innodatos, secundum for-  
mam eandem, Pater Abbas dicti Ordinis pro  
tempore existens de absolutiōis beneficio pro-  
videre, & dispensare cum eis super Irregularitati-  
bus, quas contraxerunt, vel contrahent, si tali-  
bus forsitan innodati sententiis, in locis Interdicto  
suppositis Divina præsumpserint Officia celebrare,  
aut Ordines susceperunt, valeat: ita tamen, quod  
si aliqui hujusmodi sententiis propter debita iunt  
adstricti, in quantum possunt, satisfaciunt, ut  
tenentur. *Bonifacius VIII. apud Cherubin. in Bullar.  
Rom. tom. 1. Constit. 1. quæ incipit Etsi cunctos, §. 23.  
¶ Vide infra Constitutionem Clementis VIII. editam  
1604. 7. Dec.*

1294. 27. Sept. — Abbatibus, Prioribus, & Præ-  
latis dictæ Congregationis Cœlestinorum datur  
facultas audiendi Confessiones, & injungendi pen-  
nitentias, & imponendi absolutiōem debitam pro  
con-

Pro CONFESSARIIS. 7

confessis, conferendi etiam Ecclesiastica Sacra-  
menta tam hominibus, & Vassallis, quàm cæteris  
Christifidelibus: dispensandi etiam cum Fratri-  
bus, seu Monachis ad eorum Monasteria, & loca  
convolantibus, & ibidem degentibus, super Irre-  
gularitatibus quibuscunque, etiam si prius eas for-  
tasse contraxerint, quàm prædicta loca, & Mo-  
nasteria intravissent, dummodo ex homicidii, vel  
mutilationis causa Irregularitates ipsæ minimè sint  
contractæ: absolventi etiam Fratres, & Mona-  
chos memoratos ab Excommunicatione quacun-  
que, etiam si ejus absolutiō tantum sit Sedi Apo-  
stolicæ reservata. *Bonifacius VIII. apud eund. ibid.  
§. 34. & 36. ¶ Vide Bullam Leonis X. infra  
positam, & editam 1516. 19. Dec. nec non Con-  
stitutionem Clementis VIII. emanatam 1604. 7.  
Dec.*

1300. 1. Mar. — Jubilæum, sive Annum San-  
ctum pro quolibet centesimo Anno instituit *Boni-  
facius VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1.  
Constit. 7. quæ incipit Antiquorum, §. 2. ¶ Vide  
varias reductiones ad brevius tempus, infra, 1470.  
19. Apr. ¶ Notandum, quod virtute Jubilæi  
Compostellani à Callisto II. concessi, & ab Ale-  
xandro III. confirmari conceditur facultas depu-  
tandi Confessarios, qui absolvent à reservatis,  
etiam Papæ, licet essent Casus contenti in Bulla  
Cœnæ, ut ait *Bisus in Hieron. tom. 1. lit. C. num.  
397. & tom. 2. lit. R. §. 18. ubi quod hoc Jubilæum  
non cessat Anno Sancto, ex Sixto V. apud Castrol-  
pal. par. 4. tract. 24. punct. 12. §. 1. num. 8.**

1304. 14. Mar. — Abbati pro tempore existenti Mo-  
nasterii S. Spiritus de Sulmona Congregationis  
Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti conceditur, ut  
Fratribus sui Ordinis in ipso Monasterio S. Spiritus,  
ac aliis Monasteriis, Prioratibus, Membris,  
ac Locis subiectis eidem Monasterio consti-  
tutis, absolutiōe ac dispensatione indigentibus,  
sive priusquàm intraverint Ordinem, sive post in casu

- bus exceſſerint, pro quibus excommunicationis, vel Interdicti, aut Sulpensionis incurrit ſententia à Canonè promulgatas, & hujusmodi ſententiaſ annodati, aut in locis Eccleſiaſtico Interdicto ſuppoſitis Divina officia celebrantes, vel ſuſcipientes Ordines ſic ligati notam Irregularitatis incurrunr, de conſilio dictorum Fratrum qui litterati ſunt & Deum timentes, abſolutionis juxta formam Eccleſiaſ, prout ſecundùm Deum expedire viderit, valeat beneficium impertiri, niſi adeo gravis, & enormis, foret exceſſus, quod eſſent propter hoc ad Sedem Apoſtolicam meritò deſtinandi pro viſo, ut læſis ſatiſfaciant competenter. *Benedictus XI. dictus XI. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Conſtit. 2. qua incipit Religioſam, §. 11. & tom. 3. in Appendice. ¶ Quoad deſtinandos ad Sedem Apoſtolicam vide infra, 1474. 1. Jan. ¶ Vide etiam Bullam Clementis VIII. infra poſitam, & editam 1604. 7. Dec.*
1322. 23. Dec. — Excommunicationis penam incurrit facientes cavalcatas, & incurſiones in Provincia Marchia Status Eccleſiaſtici. *Joannes XXI. dictus XXII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Conſtit. 10. qua incipit Ad hoc §. 3.*
1336. 20. Jun. — Monachi Nigri non Sacerdotes Ordinis S. Benedicti, ſaltem ſingulis ſeptimanis conſiteantur, & ſingulis menſibus ad Communionem accedant: Ili videlicet, qui infra Eccleſias, Monafteria, ſeu alia Loca Conventualia erunt, in Altari majori: qui verò extra illa fuerint, ubi magis viſum fuerit honeſtum eſſe, niſi abſtineant ex cauſa rationabili, & de licentia Superioris, aut Confeſſorum ſuorum. *Benedictus XI. dictus XII. in approbatione Ordinationum, apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Conſtit. 5. cap. 27.*
1339. 19. Dec. — Excommunicationis ſententia ipſo facto ſubjacent, qui loco ſui alios ſupponunt examini pro conſequentibus Beneficiis Eccleſiaſticiſ, & qui aliorum mentis nominibus, hujusmodi

- examen ſubeunt. *Benedictus XII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Conſtit. 7. qua incipit Quoniam.*
1346. 16. Jul. — Dantes, vel acquirentes dominium, aut juriſdictionem, vel præſentiam, aut obligationem ſuper Locis, & Caſtris Patri-monii S. Petri, aut quoquo modo ea occupantes, Excommunicationis ſententiam incurrunr. *Clementis VI. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Conſtit. 3. qua incipit Eſt ſolertem, §. 3.*
1374. 6. Mar. — Magiſter Generalis Fratrum Prædicatorum Ordinis S. Dominici, & ſinguli Priores, Provinciales, & Conventuales, ac vices eorum gerentes, in Provinciis, & Conventibus, ac Locis ſibi commiſſis, pro Fratribus conſtitutis ibidem, nec non & Fratribus aliis ejuſdem Ordinis interdum ad eos declinantibus undecunque, abſolutione, & diſpenſatione indigentibus, five priuſquam intraverint Ordinem, five poſt, in caſibus, quibus exceſſerint, & pro quibus Excommunicationis, vel interdicti, aut Sulpensionis incurrerint ſententia� à Jure vel à Judice generaliter promulgatas, & hujusmodi ſententiaſ innodati, aut in locis Eccleſiaſtico Interdicto ſuppoſitis Divina Officia celebrantes, vel ſuſcipientes Ordines ſic ligati notam Irregularitatis incurrerint, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium valeant impertiri, niſi adeo gravis fuerit, & enormis exceſſus, quod ſint ad Apoſtolicam Sedem meritò deſtinandi. *Gregorius XI. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Conſtit. 7. qua incipit Virtute, §. 11. & reſcribit etiam Paſſerin. de elect. canoſ. cap. 26. num. 40. ¶ Deſtinandi ad Sedem Apoſtolicam ſunt ii, de quibus infra, 1474. 1. Jan. ¶ Vide tamen Bullam Clementis VIII. infra poſitam 1604. 7. Dec.*
1374. 6. Mart. — Fratres prædicatores dicti Ordinis S. Dominici, quos pro tempore Magiſter, & Priores, tam Provinciales, quam Conventuales, nec non & vices eorum gerentes, in propriis ha-

habuerint Confessores, absolutionis, & dispensationis beneficium dictis Magistro, & aliis, ut supra, valeant impertiri, juxta formam concessionis super absolutione, & dispensatione Fratrum ejusdem Ordinis superius factæ. *Gregorius XI. apud eund. ibid. §. 12. ¶ Vide Constitutionem Clementis VIII. inferius positam, & editam 1604. 7. Dec.*

1374. 6. Mar. — Volentibus aggregari Collegio Fratrum Prædicatorum dicti Ordinis S. Domini, qui Suspensionis, aut Interdicti, vel Excommunicationis sententiis à Jure, vel à Judice promulgatis generaliter sunt ligati, absolutionis beneficium (observatâ formâ Canonica) impertiri, ac eos, qui post assumptum habitum, vel Professionem emissam recoluerint se talibus in sæculo fuisse sententiis innodatos, secundum formam ipsam, Magister ejusdem Ordinis, & singuli Priores, Provinciales, & Conventuales, & vices eorum gerentes valeant absolvere, & cum irregularibus dispensare, si forsitan talibus innodati sententiis, vel in locis Interdicto suppositis Divina præsumperint Officia celebrare, vel Ordines susceperint: ita tamen, quod si aliqui hujusmodi sententiis propter debitum sint adstricti, satisfaciant, ut teneantur: Cæterum dictorum Magistrum, & aliorum, ut supra, discretio cautè provideat, ut Apostolicæ Sedis, Legatorum ipsius, & Ordinariorum Locorum in absolutionibus hujusmodi scandalum evitetur. *Gregorius XI. apud eund. ibid. §. 13. & refert Passerin. de elect. canon. cap. 26. num. 159. ¶ Vide Bullam Clementis VIII. infra positam 1604. 7. Dec.*

1402. 30. Sept. — Omnibus, & singulis Incolis Regnorum Siciliæ citra, & ultra Farum, Habitatoribus, ac Locorum, Civitatum, & Terrarum Universitatibus, Censualia super rebus, & proprietatibus suis, ac facultatibus, & emolumentis eorundem instrumento gratiæ pro consimili pretio illa

illa redimendi mediante (dummodo annualis census hujusmodi censualium decimam partem principalis recepti, seu pretii eorundem non excedat) inter se contrahendi, vendendi, & emendi cum opportuna contrahentium securitate, tuitione, & indemnitate, ac cum potestate vendentes personas, eorumque proprietates, redditus, jura, jurisdictiones, census, ac omnia, & singula mobilia, & immobilia bona obligandi, & obligari faciendi, ac etiam quascunque alias obligationes, & submissiones cuicumque foro, nec non renunciationes, promissiones, stipulationes, penis, juramentis, & aliis cautionibus vallatas, & alia quæcunque, de quibus inter ementes, & vendentes hujusmodi censualia conventum, & in pactum deductum fuerit, plenam licentiam, & liberam facultatem concedit *Nicolaus V. in Constit. qua. incipit Sollicitudo, apud Quarant. in Sum. Bullar. verb. Contractus Censualis pag. mihi 208. ¶ Vide infra, 1574. 7. Jan.*

1402. 30. Sept. — Idem Incolæ, & Habitatores, ac Civitatum, & Terrarum Universitates censualia prædicta, modo præmissa in Regnis ipsius Siciliæ citra, & ultra Farum liberè, & licitè contrahere, ac emere, & vendere possunt absque læsione conscientiæ, neque propterea iurariam pravitatem committunt, dummodo aliàs quàm ut præmittitur, quodlibet annuum censuale decimam partem recepti, seu pretii venditionis ipsius non excedat, & pensionibus, seu annualitatibus illorum in sortem non computatis pro totali redemptione, præter principalem summam nihil ultra percipiatur ab emptore, vel exhibeatur à venditore. *Nicolaus V. apud eund. ibid.*

1405. 26. Jun. — Omnes Fratres, & Sorores de Penitentia Ordinis S. Domini, quater in Anno ad minus, videlicet, in Festo Nativitatis Domini, Resurrectionis ipsius, Pentecostes, & in Festo Assumptionis, aut Nativitatis Beate Virginis,

- nis, peccata sua confiteantur diligenter, & En-  
charistia devotè studeant accipere Sacramentum,  
nisi forsitan ex aliqua causa rationabili alicui ex ipsis  
esset à suis Confessoribus interdictum. Innocentius  
VII. in approbatione Regulae, apud Cherubin. in Bul-  
lar. Rom. tom. 1. Constit. 1. quae incipit Sedis Apostoli-  
cae, cap. 8.
1418. 22. Febr. — Damna sunt sequentes Articuli  
à Martino Quinto, quorum primus, ceteris  
omissis: Si Episcopus, vel Sacerdos existat in peccato  
mortalis, non ordinat, non consecrat, non conficit,  
non baptizat. Apud Cherubin. in Bullar. Rom.  
tom. 1. Constit. 1. quae incipit Inter cunctas, Ar-  
tic. 4. Joannis Wicleff de Anglia.
1418. 22. Febr. — Secundus: Si Homo fuerit debite  
contritus, omnis Confessio exterior est sibi superflua, &  
inutilis. Apud eund. ibid. Artic. 7. ejusd.
1418. 22. Febr. — Tertius: Nullus Pralatus debet  
aliquem excommunicare, nisi prius sciat eum excom-  
municatum à Deo: & qui sic excommunicat, sit ex hoc  
haereticus, vel excommunicatus. Apud eund. ibid.  
Artic. 11. ejusd.
1418. 22. Febr. — Quartus: Illi qui dimitunt pra-  
dicare, sive audire verbum Dei, propter excommuni-  
cationem Hominum, sunt excommunicati, & in Dei  
iudicio traditores Christi habebuntur. Apud eund.  
ibid. Artic. 3. ejusd.
1418. 22. Febr. — Quintus: Nullus est Dominus Civi-  
lis, nullus est Pralatus, nullus est Episcopus, dum est  
in peccato mortali. Apud eund. ibid. Artic. 15. ejusd.
1418. 22. Febr. — Sextus: Decima sunt pura elemo-  
sina, & possunt Parochiani, propter peccata suorum  
Pralatorum, ad libitum suum eas auferre. Apud eund.  
ibid. Artic. 18. ejusd.
1418. 22. Febr. — Septimus: Excommunicatio Papa,  
vel cuiuscumque Pralati non est timenda, quia est Cen-  
sura Antichristi. Apud eundem ibid. Artic. 30.  
ejusd.
1418. 22. Febr. — Octavus: Peccans Fundamentis  
Clan-

- Claustra; & ingredientiessunt viri diabolici. Apud  
eund. ibid. Artic. 31. ejusd.
1418. 22. Febr. — Nonus: Omnes de Ordine Mendicantium sunt haeretici, & dantes eis elemosinam sunt excommunicati. Apud eund. ibid. Artic. 34. ejusd.
1418. 22. Febr. — Decimus: Iuramenta illicita sunt,  
qua fiunt ad corroborandum humanos contractus, &  
commercium civilia. Apud eund. ibid. Artic. 43. ejusd.
1418. 22. Febr. — Damna sunt sequentes Articuli  
à Martino Quinto, quorum primus, ceteris omis-  
sis: Sacerdotes quomodolibet criminosè viventes, Sacer-  
dotii pellunt potestatem, & sic ut Filii infideles, sen-  
tentiis infidelitatis de Clavibus, de Censuris. Apud Che-  
rubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 1. quae inci-  
pit Inter cunctas, Artic. 8. Ioannis Hufz de Bohemia.
1418. 22. Febr. — Secundus: Doctores ponentes, quod  
aliquis per Censuram Ecclesiasticam emendandus, si  
corrigi noluerit, seculari iudicio est tradendus. pro cer-  
to sequuntur in hoc Pontifices, Scribas, & Pharisaeos,  
qui Christum non volentem eis obedire in omnibus, di-  
centes: nobis non licet interficere quemquam, ip-  
sum seculari iudicio tradiderunt, & quod tales sint  
homicidae graviores, quam Pilatus. Apud eund. ibid.  
Artic. 14. ejusd.
1418. 22. Febr. — Tertius: Sacerdotes Christi viventes  
secundum legem ejus, & habentes Scripturae noti-  
tiam, & affectum ad sanctificandum Populum, debent  
predicare, non obstante praesensa Excommunicatione.  
Apud eund. ibid. Artic. 17. ejusd.
1418. 22. Febr. — Quartus: Quilibet Praedicantis  
officium de mandato accipit, qui ad Sacerdotium acce-  
dit: & illud mandatum debet exequi, praesensa  
Excommunicatione non obstante. Apud eund. ibid.  
Artic. 18. ejusd.
1418. 22. Febr. — Quintus: Per Censuras Eccle-  
sasticas Excommunicatis, Suspensionis, & Interdi-  
cti, ad sui exaltationem Clerus Populum laicalem sibi  
suppeditat, avaritiam multiplicat, enalitiarum prote-  
git,

git, & viam preparat Antichristo: Signum autem evidens est, quod ab Antichristo tales procedunt Censura, quas vocant in suis Processibus Fulminationes, quibus Clerus principalissime procedit contra illos, qui denudant nequitiam Antichristi, qui Clerum pro se maxime usurpabit. Apud eund. ibid. Artic. 19. ejusd.

1418. 29. Jul. — Mendicantium Ordinum Fratres ad Monasticos Ordines, præterquam Carthusianum, accedentes, acetiam recipientes, Excommunicationis latae sententiæ poenam, à qua non nisi à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi possint, incurrunt. *Martinus V. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 1. Constitut. 48. quæ incipit Viam.* ¶ Notandum quoad Excommunicationes, quod cum sæpe boni Religiosi (id est Regulares) ex charitate, vel obedientia Prælatorum cogantur ad Confessiones audiendas, & sint multiplices, & inexplicabiles sententiæ Excommunicationis in Corpore Juris, quarum nonnullæ etiam à peritissimis ignorantur, ex quo dicti Religiosi propter Conscientiæ timorem, quoniam dubitant se incurrere in aliquam Censuram Ecclesiasticam, absolvendo inadvertenter aliquos aliqua Excommunicatione innodatos, cujus Excommunicationis absolutio Superiori reservatur, ne dicti Religiosi cogantur contra charitatem, & Prælatorum obedientiam facere, vel præfatas tenere scrupulositates, conceditur, quod dicti Religiosi, si præfata, vel simili causa inadvertenter incurrerint Irregularitatem, vel Excommunicationem, possint per eorum idoneos Confessores absolvi, & dispensari, cum oportuerit: Et prædicta vires habeant oraculo vivæ vocis, non obstante quod non fiat Bulla, vel quibuscunque aliis contrariis, nisi ex crassa, & supina ignorantia Censuram, vel Irregularitatem incurrerint. *d. Martinus V. ibid. Constit. 51. quæ incipit Cum sæpe, ex Collect. Privileg. Roderic.*

1424. 16. Mar. — Omnes Fratres, & Sorores Tertii Ordinis Servorum B. MARIE Virginis, quater in Anno ad minus, videlicet, in Festo Nativitatis Domini, Resurrectionis ipsius, Pentecostes, & Assumptionis, aut Nativitatis B. Virginis MARIE, peccata sua confiteantur diligenter, & Eucharistiæ devotè student recipere Sacramentum, nisi forsitan ex aliqua causa rationabili alicui ex ipsis esset à suis Confessoribus interdictum. *Martinus V. in approbatione Regula, apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 15. quæ incipit Sedis Apostolicæ, cap. 8. & iterum tom. 3. in appendice, Constit. 1.*
1430. 21. Jun. — Nullus Frater Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci Provinciali Ministro inferior, nisi ex speciali Generalis, vel Provincialis licentia Ministrorum, possit aliquem absolvere Fratrem à peccato inobedientiæ contumacis, proprietariæ rerum detentionis, carnis lapsus, furti rei notabilis, injectionis manuum violentè, falsi testimonii in judicio facti, compositionis, vel projectionis, aut publicationis libelli famosi, falsificationis Sigilli cujuscunque Personæ notabilis, falsæ criminationis in infamiam cujuscunque. *Martinus V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 13. quæ incipit Cum generale, cap. 7. Regula. ¶ Vide infra Constitutionem Clementis VIII. editam. 1593. 26. Maji.*
1431. 15. Febr. — Omnibus, & singulis Fratribus B. MARIE de Monte Carmelo in observantia moderatæ Regulæ viventibus, Superiores ipsorum, vel alius quicumque idoneus ejusdem Ordinis Sacerdos, omnium peccatorum suorum semel tantum in mortis articulo plenam remissionem concedere valeant: sic tamen, quod iidem Superiores, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eidem Fratribus, si supervixerint, vel per alios, si fortè transferint, faciendam injungant, quam ipsi Fratres facere teneantur. *Eugenius IV. apud Cherubin.*



rubin. in Bullar. Rom. tom. 1. *Constit. 3. qua incipit* Romani, §. 7. & 8.

1431. Die: &c. — Præfident, Visitatores, Abbates, seu Priores Monasteriorum, sive Locorum Congregationis Cassinensis, omnibus & singulis Monachis, Conversis, Commisfis, & Novitiis ejusdem Congregationis confiteri volentibus, pro commissis singulis, etiam si talia fuerint, propter quæ esset Sedes Apostolica consulenda, absolutionis beneficium impendere, ac penitentiam salutarem injungere, illosque à quibuscunque Suspensionum, & Interdicti sententiis, aliisque Ecclesiasticis Censuris, & penis, quas à jure, vel ab homine, etiam per Legatorum Sedis Apostolicæ sententiæ promulgatas, incurrisse quomodolibet censentur, etiam si propterea ad Apostolicam Sedem, vel quemlibet alium specialiter habendus esset recusus, debita satisfactione, si qua propter hujusmodi Censuras esset fienda, præmissa, vel de ea facienda loco, & tempore debitæ præstita promissione, & alia penitentia, & satisfactione injunctis, absolvere possint; ac cum eis super Irregularitatibus, si quas propter hujusmodi sententiis, vel aliter quomodocunque, præterquam in Homicidii propria manu commissi, aut Bigamie casibus, etiam si Missas, & Divina Officia, non tamen in contemptum Clavium, post hujusmodi Censuras celebraverint, aut se immiscuerint, dispensare possint, & eos absolvere. *Eugenius IV. anno 7. sui Pontificatus, apud Margarin. in Bullar. Cassinens. tom. 1. post Constit. 335. pag. mihi 342. Vide Constitutionem Clementis VIII. editam 1604. 7. Dec.*

1431. die: &c. — Abbates, & Priores dictæ Congregationis Cassinensis, ab ipsius Congregationis Præsidente, & Visitatoribus in præmissis absolvi possint, & secum dispensare: Præsident vero à quocunque Visitatore: Visitatores ab ipsis invicem, & à Præsidente, absolvi, & cum eis dispensare valeant.

leant in omnibus, ut præmittitur: Deputati autem ad audiendum Confessiones per Monasteria, seu Loca præfate Congregationis, possint audire ad se venientes, absque alia suorum Superiorum licentia, & eos absolvere ab omnibus peccatis, ac in omnibus casibus cum eis dispensare, præter ea peccata, & illos casus, de quibus ipsis Confessoribus videbuntur eorum Episcopis deferenda, aut de quibus esset Sedes Apostolica merito consulenda. *Eugenius IV. apud eund. ibid. pag. mihi 343. Vide infra Bullam Leonis X. editam 1516. 19. Dec. Quoad destinandos ad Apostolicam Sedem, vide infra, 1474. 31. Aug. Vide denique infra Constitutionem Clementis VIII. emanatam 1604. 7. Dec.*

1432. 23. Nov. — Confessarii idonei electi à Monachis Congregationis S. Iustinae de Padua Ordinis S. Benedicti, peccatorum omnium suorum plenam semel tantum in mortis articulo remissionem eis concedere valeant: sic tamen, quod ipsi Confessores de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, illam Abbatibus, Prioribus, Monachis, Conversis, & Commisfis, prout contigerit, per se, vel alios, sicuti congruerit, faciendam imponant, quam ipsi facere teneantur. *Eugenius IV. apud Margarin. in Bullar. Cassinens. tom. 1. Constit. 54. qua incipit* Etsi. Notandum, quod Indulta eligendi Confessorem, & consequenter omnia, & singula Confessionalia hujusmodi Monachis dictæ Congregationis in specie concessa, vel forsan concedenda sine suorum licentia Superiorum revocari, annullari, ac eis in aliquo suffragari non vult. *Innocentius VIII. apud eund. ibid. Constit. 104. qua incipit* Cum inter. Vide Constitutionem Clementis VIII. infra positam, & editam 1604. 7. Dec.

1434. 23. Febr. — Liceat Præsidenti, Visitatoribus, Abbatibus, Prioribus, & Rectoribus Congregationis S. Iustinae de Padua Ordinis S. Benedicti,

dicti, Personas volentes dictæ Congregationi sociari, quæ Religionem, vel Ordinem quemcumque alium ingredi voluissent, ab ipso Voto absolvere, atque ad Professionem admittere, dummodo in tali Religione, seu Ordine, de quo volissent, Professionem non emisissent; Quod si post emissam Professionem, ab ipsa recesserint Congregatione, huiusmodi absolutio nullius sit roboris, vel momenti: Insuper præfati Præsides, Visitatores, Abbates, Priores, & Rectores, cum Commissis, quamdiu in Monasteriis suis, aut sub obedientia eorum vixerint, super omnibus Votis, excepto dumtaxat Voto Religionis, valeant dispensare. *Eugenius IV. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 1. Confit. 58. quæ incipit Etsi ex debito. ¶ Vide infra 1604. 7. Dec.*

1434. 16. Maji. — Universi, & singuli, qui quomodolibet dando, vel recipiendo, Simoniam commiserint, aut quod illa fiat, mediatores extiterint, seu procuraverint, sententiam Excommunicationis incurrunt, à qua nisi à Romano Pontifice pro tempore existente non possunt absolvi, præterquam in mortis articulo constituti: & injungitur Ecclesiasticis, & Sæcularibus Personis, ut eos omnes, quos Simoniam commisisse, vel procurasse, aut in ea mediatores esse sciverint, per se, vel per alios revelare quàm citius Pontifici non omittant; quod si non fecerint, absolvi non debeant, donec revelent. *Eugenius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Confit. 7. quæ incipit Cùm detestabile, §. 1. & 2.*

1435. 25. Apr. — Priori Generali Ordinis B. V. MARIE de Monte Carmelo, nec non ab eo pro tempore deputandis Vicariis, Provincialibus, Prioribus, ac Fratibus Ordinis prædicti conceditur in Confessionibus audiendis, absolutionibus impendendis, ac poenitentibus injungendis, aliique salutem Animarum dumtaxat concernentibus exequendis, omnium, & singulorum dicti

Or-

Ordinis Fratrum, eadem, & talis potestas, & facultas, qualem in præmissis Minores Poenitentiarum in Romana Curia præsentibus, ex officio habent, & exercent. *Eugenius IV. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 1. Confit. 338. quæ incipit Qui mundanus.*

1436. 30. Jun. — Instituta, Ordinationes, Correctiones, & Mandata Capituli Generalis Congregationis S. Iustine, Ordinis S. Benedicti, ita à Prælatibus, Monachis, & Personis ejusdem Congregationis oberventur, ut ad peccatum, nisi contrahat ex contemptu, aliquem non obligent. *Eugenius IV. apud eund. in d. Bullar. Casinen. tom. 1. Confit. 62. quæ incipit Regularem vitam.*

1436. 30. Jun. — Cùm aliquis quocunque Excommunicationis vinculo innodatus velit Congregationem S. Iustine, Ordinis S. Benedicti Altissimo famulaturus ingredi, liceat ejusdem Congregationis Prælatibus, & qui loco eorum in ipsorum absentia constituuntur, ingredienti huiusmodi, injunctis ei juxta possibilitatem restitutione, & poenitentia salutari, tanquam uni ex Monachis præfate Congregationis beneficium absolutionis impendere, ac ad probationem recipere: ita tamen, si in prædicta perseveraverit Congregatione usque ad Professionem inclusivè, alias eandem ipso facto reincidat Excommunicationem. *Eugenius IV. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 1. Confit. 63. quæ incipit Etsi.*

1436. 30. Jun. — Licitæ dictæ Congregationis Casinensis Prælatibus, sive Monachis deputatis à suis Superioribus ad audiendum Personarum Confessiones, accedentes audire, ac Personæ ipsæ eis confiteri possint absque alia suorum Superiorum licentia; nec non eis poenitentia, & satisfactio injunctis, quoties oportuerit, absolvere ab omnibus, & singulis peccatis, præterquam Sedi Apostolicæ reservatis, nec non à quibuscunque Suspensionum, Excommunicationum, & Interdicti sen-

B 2 ten-

ventiis, aliisque Ecclesiasticis Censuris, & poenis, quas à jure, vel ab homine latis, satisfactione injuncta, incurrisse quomodolibet censentur: Insuper & Vota omnia permutare, ac in omnibus, & singulis casibus, etiam Ordinariis, aut per Synodales, seu Provinciales Constitutiones refervatis, cum eis dispensare, præter eas Censuras, poenas, Vota, & Casus, de quibus esset meritò Sedes Apostolica consulenda. *Eugenius IV. apud eund. ibid.* ¶ Vide tamen infra Constitutiones Leonis X. 1516. 19. Dec. Clementis VIII. 1604. 7. Dec. & Clementis X. 1670. 21. Jun.

1436. 30. Jun. — Ducentes scienter Mulieres, & ipsæ Mulieres scienter ingredientis, seu commorantes infra septa Monasteriorum diocæ Congregationis Casinensis, nec non & receptores, si voluntariè hoc fecerint, ipso facto sententiam Excommunicationis incurrunt, à qua præfatæ Congregationis Personæ absolvi possunt per Præsidentem, & Visitatores Congregationis hujusmodi. *Eugenius IV. apud eund. ibid.*

1437. 22. Febr. — Omnibus, & singulis Eremitis B. Petri de Pisis nuncupatis conceditur, ut Confessores idonei, quos duxerint eligendos, in vita Confessiones audire, & omnium, & singulorum, qui in ipsa Societate pro tempore fuerint, ab omnibus casibus, super quibus etiam Sedes Apostolica meritò esset consulenda, pro semel tantum postquam in Societate remanere deliberaverint, in aliis verò casibus quandoecunque abolvere possint, eis imposta poenitentia salutari: & in mortis articulo semel tantum omnium peccatorum suorum plenam remissionem eis concedere valeant: ita tamen, quod ipsi Confessores de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam ipsis per ipsos, si supervixerint, aut per alios, si tunc forsitan transferant, faciendam injungant, quam facere debeantur. *Eugenius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 12. que incipit Provenit, §. 1. ¶*

Vide

Vide Constitutiones infra postas 1516. 19. Dec. 1604. 7. Dec. & 1670. 21. Jun.

1441. 4. Oct. — Rector S. Ambrosii ad Nemos Mediolanensis, & Piores, nec non Fratres, quos idem Rector duxerit deputandos, omnibus, & singulis Religiosis suis Professis, Conversis, Novitiis, & ad eorum servitium in eorundem Monasteriis, Domibus, seu Locis etiam secularibus perpetuò dedicatis, in quibuscunque, in reservatis semel tantum, in non reservatis verò Sedi Apostolicæ casibus, quoties illis opportunum fuerit ipsorum Confessionibus diligenter auditis, pro commissis per eos debitam absolutionem possint impendere, & injungere poenitentiam salutarem. *Eugenius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 22. que incipit Regimini, §. 8. ¶ Vide Constitutionem infra positam, & editam 1604. 7. Dec.*

1441. 4. Oct. — Professos quoque, & Novitios diocæ S. Ambrosii ad Nemos Mediolanensis, qui postmodum Regulam ipsi professi fuerint, in quibuscunque etiam Sedi Apostolicæ specialiter reservatis casibus, à quibuscunque Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti sententia, aliisque Censuris, & poenis à jure, vel ab homine promulgatis, alias tamen in forma Ecclesie semel dumtaxat abolvere, & cum eidem Professis, ac Novitiis super Irregularitate, si qua diocis sententia, & Censuris, vel earum aliqua ligati, Missas, & alia Divina Officia celebrando, aut se illis immiscendo, vel alias quomodolibet (homicidii, mutilationis membrorum, & Bigamia casibus dumtaxat exceptis), semel similiter: Super Irregularitate verò, quam ex prædictis sententia, vel Censuris, seu earum aliqua per ignorantiam, vel inadvertentiam, seu negligentiam, & non ex contemptu, pro tempore contraxerint, quoties opus fuerit dispensare valeant. *Eugenius IV. apud eundem ibidem §. 10. ¶ Vide Constitutionem Cle-*

B 3 men-

mensis VIII. infra positam, & editam 1604. 7. Dec. 1445. 25. Maji. — Abbas Monasterii S. Mariae de Pratalea Paduanae Dioecesis, aut qui ejus loco in ipsius absentia fuerit dicti loci constitutus, Monachus, Novitius, Conversus, & Commissis praefati Monasterii confiteri volentibus, pro omnibus, & singulis peccatis, delictis, & excessibus, de quibus Sedes Apostolica esset merito consulenda, pro semel tantum: pro aliis vero quibuscunque, praeterquam Sedi Apostolicae reservata, tam dictus Abbas, quam ab eo in praefato Monasterio ad hoc deputati, eidem quoties opus fuerit, possint absolutionis beneficium impendere, & poenitentiam injungere salutarem: Similiter omnes, & singulos praedictos à quibuscunque Excommunicationum, Suspensionum, & Interdictorum sententiis, aliisque Censuris, & poenis Ecclesiasticis à jure, vel ab homine, etiam occasione Simoniae commissae, vel quavis alia, generaliter, vel specialiter promulgatis, & quarum absolutio etiam esset Sedi Apostolicae generaliter, vel specialiter reservata, si quas incurrerint, injuncta debita satisfactione, quoties opus fuerit, absolvere valeant. *Eugenius IV. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 322. quae incipit Supplicat. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*

1445. 25. Maji. — Dicitur Abbas Monasterii S. Mariae de Pratalea Paduanae Dioecesis possit etiam super Irregularitatibus quibuscunque, & quomodocunque contractis (homicidio, seu membri mutilatione propria manu commissis, & Bigamiae Irregularitatibus dumtaxat exceptis) semel tantum cum supra dictis dispensare: Super Irregularitatibus vero, si quas ex Censuris supra dictis, vel earum aliqua, Divina Officia celebrando, dum tamen non in contemptum Clavium, forsan incurere contigerit, quoties opus fuerit, valeat similiter dispensare. *Eugenius IV. apud eund. ibid. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*

1445. 25. Maji. — Abbas dicti Monasterii S. Mariae de Pratalea Paduanae Dioecesis, & qui ejus loco in ipsius absentia fuerit deputatus, à Confessore, quem elegerit, in praemissis absolvi possit, quoties expedierit: & etiam ipse Abbas, aut deputatus, vel deputati per eum ad audiendum Confessiones, possint audire omnes ad se venientes, absque alia suorum Superiorum licentia, & eos, poenitentia & satisfactione junctis, quoties oportuerit, absolvere ab omnibus, & singulis peccatis, & à quibuscunque Suspensionum, & Excommunicationum sententiis, aliisque Ecclesiasticis Censuris, & poenis, quas à jure, vel ab homine, & latas incurrisse quomodolibet censentur, ac in omnibus, & singulis casibus cum eis dispensare, praeter ea peccata, Censuras, poenas, & casus, de quibus ipsis Confessoribus videbitur ipsorum Ordinaris deferenda, aut de quibus esset merito Sedes Apostolica consulenda. *Eugenius IV. apud eund. ibid. ¶ Vide Constitutiones infra positas, & editas 1516. 19. Dec. & 1604. 7. Dec. ac 1670. 21. Jun.*

1445. 25. Maji. — Licet praedicto Abbati Monasterii S. Mariae de Pratalea Paduanae Dioecesis, vel ab eo constitutus in ejus absentia, Personas volentes ejus Monasterium ingredi, quae Religionem, vel Ordinem alium quemcunque etiam actiorem ingredi vovissent, ab ipso Voto absolvere, & cum ipsis dispensare, dummodo in tali Religione, vel Ordine, de quo vovissent, Professionem non emisserint: quod si tamen ante Professionem emisissent, ab ipso Monasterio, voluntate non redeundi, recesserint, hujusmodi dispensatio nullius sit roboris, vel momenti: nec non jam dictus Abbas, vel ab ipso deputatus, cum Commissis, quando in Monasterio ipso, aut sub ejus obedientia vixerint, super omnibus Votis, excepto dumtaxat Voto Religionis, valeat dispensare. *Eugenius IV. apud eund. ibid. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*

24  
1445. 25. Maji. — Cùm Aliquis quomodocunque 68  
Excommunicationis vinculo innodatus, vel in di-  
ctum Monasterium S. Mariæ de Pratalea Paduanæ  
Diocæsis, Altissimo famulaturus ingredi, liceat di-  
ctò Abbati, vel ei, qui in ipsius absentia fuerit per  
eum constitutus, ingredienti hujusmodi, injunctis  
ei juxta possibilitatem restitutione & penitentia sa-  
lutari, tanquam uni ex Monachis ipsius Ordinis,  
& Monasterii, beneficium abolitionis impendere.  
ita tamen, si in prædicto Monasterio perleverave-  
rit usque ad Professionem inclusivè, aliàs eandem  
iplo factò reincidat Excommunicationem. *Eugenius IV. apud eund. ibid. ¶ Vide Constitutionem in-  
fra positam, & editam 1604. 7. Dec.*

1458. 17. Sept. — Generales Ordinum Mendican- 69  
tium omnimodam habeant jurisdictionem in omnes  
Studiorum Scholares, & Officiales suorum Ordini-  
um Professores, & criminosos ac rebelles tandiu  
excommunicatos nunciant, & ab aliis, ubi, quan-  
do, & quoties expedierit, nunciari faciunt, donec  
spiritu consilii sanioris resumpto, dictorum  
Generalium monitionibus, & mandatis studuerint  
cum emendatione prioris vitæ humiliter obedi-  
re, & ab hujusmodi Excommunicationis sententia  
meruerint à Sede Apostolica, vel à Summo  
Pontifice abolitionis beneficium obtinere. *Pius II. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 26.  
quæ incipit Religiosorum excessus, §. 2.*

1462. 5. Oct. — Abbas Visitatores, atque aliz Per- 70  
sonæ Congregationis Monachorum B. MARIE  
Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, non possunt  
Laiicorum, & exterorum Confessiones audire,  
aut Vota commutare, five eos ab Excommunica-  
tionis sententia à jure, vel ab homine promulgata  
absolvere. *Pius II. apud eund. ibid. Constit. 9. quæ in-  
cipit Licet ex debito, §. 11.*

1464. 31. Jan. — Monialibus S. Julii Brixien- 71  
sis Ordinis S. Benedicti, ac Famulis, Famulabusque,  
continuis Commensalibus conceditur, ut Sacerdo-  
tem

tem idoneum, secularem, vel Regularem in  
suum possint eligere Confessorem, qui Confessio-  
nibus suis diligenter auditis, pro commissis per il-  
las, vel illos criminibus, excessibus, & peccatis,  
etiam in singulis Sedi Apostolicæ reservatis ca-  
sibus (præterquam offensæ Ecclesiasticæ libertatis,  
& interdicti à Sede Apostolica impositi, crimi-  
num Hæresis, cujuscvis offensæ, inobedientiæ,  
seu rebellionis in Romanum Pontificem, seu Sedem  
Apostolicam, Presbytericidii, offensæ personalis  
in Episcopum, vel alium Prælatum, invadentium,  
deprædantium, aut aliàs devastantium Terras  
Ecclesiæ Romanæ immediatè subjectas, propter  
Censuras latas in die Cænæ Domini, ac etiam  
invadentium Romipetas, seu quoscunque alios  
ad Romanam Curiam venientes) semel dumtaxat  
debitam eis abolitionem in forma Ecclesiæ  
consuetam impendere, & penitentiam salutarem  
injungere valeat. *Pius II. apud Margarin. in  
Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 342. quæ incipit  
Devotionis vestræ. ¶ Vide Constitutionem  
Clementis VIII. infra positam, & editam 1604. 7. Dec.*

1464. 31. Jan. — Confessor prædictus, vel alius, 72  
quem quilibet dictarum Monialium S. Julii Brixien-  
sis, vel præfatorum Famulorum duxerit eligendum,  
omnium peccatorum suorum, etiam si semel dumtaxat  
in mortis articulo, plenam remissionem eis valeat  
concedere: sic tamen, quod idem Confessor de his,  
de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda cum  
eis, per eas, vel eos, si supervixerint, vel per alios,  
si tunc fortè transierint, faciendam injungat,  
quam ille, vel illi facere teneantur. *Pius II. apud eund. ibid. ¶ Vide  
infra, 1604. 7. Dec.*

1464. 9. Aug. — Prædicantes, disputantes, aut suadentes,  
hæreticum, vel peccatum esse credere JESU CHRISTI  
Sanguinem in triduo lux Passionis ab ipsa  
Divinitate divilium, vel non divilium fuisse,  
Excommunicationis lætæ sententiæ poenam

nam ipso facto incurrunt, à qua nisi in mortis articulo constituti, nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem absolvi possunt. *Pius II. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. I. Constit. 11. qua incipit Ineffabilis, §. 3.*

1467. 1. Mar. — Excommunicationem incurrit tam qui alienat, quàm is, qui alienatas res Ecclesie recipit contra formam, quam præcæbit *Paulus II. apud eund. ibid. Constit. 5. qua incipit Ambitiosæ, & refert etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Alienatio rerum Ecclesie. ¶ Notandum*, quod peccant contra Jus Divinum illi, qui alienant res Ecclesie, non obstante juramento de non alienando, quod præstant Episcopi, Abbates, & alii, ut habet *Petra in Commentar. ad Constitut. Apostol. tom. 1. Constit. 1. Leonis Magni, scilicet, 1. num. 4. ex Alcan. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. disput. 13. quesito 2.*
1470. 19. Apr. — Jubilæum, sive Annum Sanctum ad Annum vigesimum quintum reducit *Paulus II. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 7. qua incipit Ineffabilis providentia: ubi dicitur*, quod antea *Clemens VI.* ordinavit de quinquaginta in quinquaginta Annos: & *Urbanus VI.* ad trigessimum tertium reduxit. ¶ Vide primam institutionem ad centesimum, supra citatam, & editam 1300. 1. Mar.
1473. 6. Sept. — Prælati, & Rectores Ecclesiarum qui impediunt suos Parochianos in extremis voluntatibus desiderantes sepeliri cum habitu, & in Ecclesis Ordinis Fratrum Minorum, Excommunicationis poenam incurrunt, à qua per alium, quàm per Romanum Pontificem, & in mortis articulo dumtaxat, absolvi non possunt. *Sixtus IV. apud Peyrin. de Privileg. Regular. Constit. 3. qua incipit Apostolice, §. 3.*
1474. 1. Jan. — Regulares destinandi pro abolitione ad Apostolicam Sedem (ut dictum fuit supra 1265. 21. Jul. & 1304. 14. Mar. ac 1374. 6. Mar. & alibi

alibi) vel pro dispensatione, declarantur Hæretici relapsi, Schismatici, & qui litteras Apostolicas falsificassent, aut ad Infideles prohibita detulissent: Reliquis verò omnibus, etiam Simonie qualitercunque irretitis, potest per illos, quibus inibi conceditur, abolitionis beneficium, & dispensatio, nis gratia iuxta casum indigentiam impertiri. *Sixtus IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 7. qua incipit Regimini, §. 4. & postea 31. Augusti. Anni, Constit. 6. §. 5. & refert etiam Passerin. de elect. canon. cap. 26. num. 40. ¶ Vide Constitutionem Clementis VIII. inferius positam, & editam 1604. 7. Dec.*

1474. 1. Jan. — Conceditur Regularibus, ut Perionis eis confessis, quibus Rectores Ecclesiarum Parochialium sine rationabili causa denegaverint, seu malitiosè distulerint Eucharistiam, seu extremam Unctionis Sacramenta ministrare, (super quo eorundem Confessorum assertioni stari debeat) illa petentibus possint impunè exhibere. *Sixtus IV. apud eund. ibid. §. 9. & postea 31. Augusti. Anni, Constit. 6. §. 10. ¶ Quoad audiendas Confessiones, vide infra, 1516. 19. Dec. & 1670. 21. Jun.*
1474. 27. Maji. — Fratribus Ordinis Minorum datur facultas Confessiones audiendi, & ab omnibus casibus, Excommunicationibus, Suspensionibus, & Interdictis, ac super quacunque Irregularitate, toties quoties absolvendi, & dispensandi, Votaque quæcunque permutandi, & relaxandi, ac poenitentiam salutarem injungendi, juxta eas, quæ concessit illis *Pyrrhus Archiepiscopus Consentinus* anno 1471. die 30. Novembris. *Sixtus IV. apud Peyrin. de Privileg. Regular. Constit. 2. qua incipit Sedes Apostolica, §. 4. & 6. pag. vibi 13. & habetur apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 6. ¶ Vide Constitutiones inferius positas, & editas 1516. 19. Dec. & 1604. 7. Dec. ac 1670. 21. Jun.*
1474. 31. Aug. — Etsi *Ioannes Papa XXII.* illo-

rum opinionem, qui asserbant, quod confessi Fratris Ordinum Mendicantium, ad audiendas Confessiones juxta Iuris dispositionem deputatorum pro tempore, tenebantur eadem peccata Rectori eorum Parochialis Ecclesie iterum confiteri, reproberit: & deinde Eugenius Papa IV. reprobationem hujusmodi approbaverit, contra tales sic afferentes, tanquam de hæresi suspectos, per locorum Ordinarios inquiri, & procedi mandaverit; & Nicolaus Papa V. gesta in præmissis ab eisdem Ioanne, & Eugenio robor perpetue firmitatis obtinere debere decreverit, quia nihilominus adhuc nonnulli eorum in hærentes protervia, opinionem prædictam, & desuper factos damnatos, & malè ionantes, ac reprobos Articulos, veros esse affirmare non verentur, ut talium præsumptiosa temeritas tantò minus invalescat, quantò plurimum erit Superiorum correctioni subiecta, concessa contra tales per eisdem Eugenii litteras locorum Ordinarius facultas, ad Inquisitores hæreticæ pravitatis extenditur, ita ut inquisitores ipsi, quicumque fuerint, eadem, quæ Ordinarii contra tales, auctoritate fungantur. *Sixtus IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 6. qua incipit Regimini, §. 15. ¶ Vide quoad hoc Propositionem inferius damnatam, 1690. 7. Dec.*

1476. 1. Febr. — Omnibus, & singulis Congregationis Eremitarum B. Petri de Pisis conceditur, ut idoneus Presbyter Sæcularis, vel eisdem Societatis, seu cuiusvis Ordinis Regularis, quem ipsi, aut quilibet eorum duxerint eligendum, eos, & quemlibet eorum ab omnibus, & singulis excessibus, delictis, criminibus, & peccatis, ac Excommunicationis, Suspensionis, & interdicti, aliiusque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis quavis occasione, vel causa generaliter, vel specialiter latis, etiam ab omni labe Simonie, ac singulis Sedi Apostolicæ reservatis, semel in vita, ac etiam in mortis articulo plenarie, in aliis verò non refer-

reservatis toties quoties opportunum fuerit, absolvere, & poenitentiam salutarem eis injungere possit, & valeat. *Sixtus IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 13. qua incipit Sedes Apostolica, §. 11. ¶ Vide Constitutionem Clementis VIII. infra positam, & editam 1604. 7. Dec.*

1476. 23. Aug. — Rectori, & Visitatoribus, ac singulis Prioribus Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium, nec non loco eorum in ipsorum absentia constitutis conceditur, ut cum Canonicis, Novitiis, Conversis, & Commissis ejusdem Congregationis, dispensatione indigentibus, sive priusquam intraverint Congregationem, & Ordinem hujusmodi, sive post, in casibus quibus excefferint, & pro quibus Excommunicationis, vel Interdicti, aut Suspensionis sententias à jure, vel ab homine generaliter promulgatas incurrerint, & hujusmodi sententis innodati, aut in locis generali aut speciali Ecclesiastico suppositis Interdicto, Divina Officia celebrantes, vel suscipientes Ordinem, sic ligati notam Irregularitatis similiter incurrissent, & in omnibus aliis casibus, etiam ex causa cuiuscunque Simonie, qualitercunque generaliter, vel specialiter Sedi Apostolicæ reservatis (exceptis dumtaxat hæreticorum relapsorum, schismaticorum, deserentium prohibita ad Infideles, & litteras Apostolicas falsificantium, qui omnino ad Apostolicam Sedem sunt remittendi, juxta superius dicta 1474. 1. Jan.) absolutionis, & dispensationis beneficium, juxta casuum indigentiam, valeant impertiri. *Sixtus IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 10. qua incipit Dum ad universos, §. 23. ¶ Vide Constitutionem Clementis VIII. infra positam, & editam 1604. 7. Dec.*
1476. 23. Aug. — Canonici, & alii, quos pro tempore Rector generalis, Visitatores, & Priores dictæ Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium in proprios habuerint Confessores, eisdem

eisdem Rectori, Visitatoribus, & Prioribus, absolutionis, & dispensationis prædictæ beneficium etiam concedere possint; Definitoribus verò Capituli generalis dumtaxat ejusdem Ordinis cum quibusvis Personis defectum natalium ex Adulterio incestuoso, & quovis alio nefario, & illicito coitu provenientes patientibus; nec non Rectori, & Visitatoribus, cum iis, qui ex quavis causa ( præterquam homicidii voluntarii, Bigamiæ, mutilationis membrorum ) irregulares forent, postquam Congregationem ipsam ingressi, & illam expressè professi fuerint, perpetuò dispensandi, quoties opus fuerit, facultas conceditur, *Sixtus IV. apud eund. ibid. s. 23.* ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.

1476. 23. Aug. — Canonicis dictæ Congregationis Canoniorum Regularium Lateranensium, aliàs tamen idonei, per Superiorem ejusdem Congregationis, ac locorum suorum pro tempore deputandi, Confessiones omnium, & singulorum utriusque sexus, liberè & licitè, tam in locis ipsorum Canoniorum, quàm extra audire, & consentibus hujusmodi pro commissis poenitentiam possint injungere salutarem. *Sixtus IV. apud eund. ibid. s. 24.* ¶ Vide infra Constitutionem Leonis X. editam 1516. 19. Dec. & Bullam Clementis X. emanatam 1670. 21. Jun.

1476. 23. Aug. — Præfatis Canonicis Congregationis Canoniorum Regularium Lateranensium conceditur, ut liceat ipsis, & cuilibet ipsorum, nec non Conversis, Commisissis, & Novitiis suis, in articulo mortis quemcumque Presbyterum ex Canonicis præfate Congregationis, in casu verò necessitatis alium Presbyterum idoneum, vel Sæcularem, vel cujusvis alterius Ordinis Regularem, in suum eligere Confessorem, qui Confessionibus hujusmodi diligenter auditis, pro commissis per eos criminibus, delictis, & peccatis, in omnibus, & singulis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis casibus, debitam absolutionem, & ple-

na-

nariam omnium peccatorum suorum remissionem possit impendere, & poenitentiam in iungere salutarem. *Sixtus IV. apud eund. ibid. s. 27.*

1476. 23. Aug. — Locorum Ordinaris, & Rectoribus Parochialium Ecclesiarum expressè mandatur, ne eorum Parochianis, quod Canonicis dictæ Congregationis Lateranensis non constiteantur, aliquo modo prohibere, seu persuadere præsumant, & nullatenus denegent ministrare hujusmodi consentibus eidem Canonicis quæcumque Ecclesiastica Sacramenta, dummodo aliqua canonica, & rationabilis causa non subsistat. *Sixtus IV. apud eund. ibid. s. 39.* ¶ Vide tamen infra Constitutionem Leonis X. editam 1516. 19. Dec. & Bullam Clementis X. emanatam 1670. 21. Jun.

1477. 21. Mar. — Singuli ex Confratribus in Sanctæ Confraternitatis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe Libro pro tempore descripti, Sæcularem, vel Regularem Presbyterum in suum possint eligere Confessorem, qui eligentium Confessione diligenter audita, eis semel vita comite, ab omnibus, & singulis criminibus, & peccatis, necnon Excommunicationis, & quibusvis aliis sententiis, & Censuris Ecclesiasticis, etiam occasione Simonie ubicunque contractæ, & aliis casibus specialiter, vel generaliter Romano Pontifici, & Sedi Apostolicæ reservatis, & propter quæ ipsa Sedes meritò esset consulenda ( præterquam Hæresis, Rebellionis, aut Conspirationis in personam, vel statum Romani Pontificis, seu Sedis Apostolicæ, & offensa personalis in S. R. E. Cardinalem, Patriarcham, Archiepiscopum, & Episcopum, ac Presbytericidii ) & etiam in mortis articulo, plenariam omnium peccatorum suorum, etiam exceptorum hujusmodi, remissionem impendere possit: ita quod si tunc non obserint, quoties in tali articulo constituti fuerint, illam reiterare possit idem, vel alius Confessor





34  
la Aurea, & incipit Sacri, §. 5. & refert etiam Peyrin. de Privileg. Regular. Constit. 4. ejusd. Pontif. pag. mibi 27. ¶ Vide d. Peyrin. circa hanc Bullam §. 5. n. 25. & 26. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.

1479. 26. Jul. — Facultas alius concessa Magistro 97  
generali, & Prioribus Provincialibus, & Conventualibus, ac eorum Vicariis Prædicatorum, ac generali, & Provincialibus Ministris, & eorum Vicariis, nec non Custodibus Minorum Ordinum prædicatorum super absolutione Fratrum eorundem Ordinum suorum, & dispensatione cum eisdem in quibuscunque casibus præterquam illis, pro quibus essent ad Sedem Apostolicam mittendi) perstringitur, & declaratur, quod Magister, & Minister generales præfati, & eorum Vicarii, & illi quibus ipsi Magister, & Minister generales id duxerint committendum dumtaxat, & non alii, facultate prædicta de cætero uti possunt, illà omnibus aliis poenitus adempta. Sixtus IV. apud eod. ibid. §. 6. ¶ Notandum, quod hæc restrictio revocata fuit, & dictam facultatem, eis, qui ante hanc Bullam Auream habebant, restituit d. Sixtus IV. anno 1481. 16. Jun. pro Minoribus, & die 28. Mar. pro Prædicatoribus, ut habetur apud d. Cherubin. post præf. Constit. 19. & refert etiam Peyrin. Constit. 5. ejusd. Pontificis ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.

1479. 11. Aug. — Regulares, cum itineraverint, 98  
vel extra Conventum fuerint de licentia suorum, Superiorum, possunt confiteri Sacerdotibus quibuscunque, Sæcularibus, vel Regularibus. Sixtus IV. apud Peyrin. de Privileg. Regular. Constit. 6. ejusd. Pontific. pag. mibi 36.

1480. 27. Jul. — Consultarii Monialium S. Petri 99  
Vicentini deputationem, Abbati Monasterii S. Felicis, & Fortunati de Vicentia, cujusvis alterius super hoc licentia minimè requisita committit Sixtus IV. apud Margarin. in Bullar. Casanen. tom. 2. Constit. 358. qua incipit Pius. ¶ Vide infra, 1622. 5. Febr.

1484. 3. Maji. — Major S. R. E. Pœnitentiarius 100  
pro tempore existens, non solum per seipsum in casibus juxta facultates sibi à Sede Apostolica concessas, dispensare, & absolvere, sed absolutiones, & dispensationes Christianifidelibus impendendas hujusmodi in diversis Mundi partibus per suas litteras alius committere liberè, & licitè possit: Litteræ verò quæcunque per Officium Pœnitentiariæ sub solito Sigillo oblongo in Cera rubra, & capiti Cere alba impressa pendenda, juxta antiquum stylum dicti Officii expeditæ intelligantur, nec ad hoc aliud probationis admimiculum requiratur; illæ videlicet, quæ forum Conscientiæ tantum, & quæ forum contentiosum concernunt, aut in quibus, quod in contentioso, aut utroque foro valeat, appositum fuerit, tam in foro judiciali, & contentioso, Ecclesiastico, & Sæculari, quam etiam in foro Pœnitentiæ, omnimodam fidem faciant, & valeant, illisque stari, & indubitanter credi debeat, ac Personis prædictis, qui illas impetrarint, vel impetrabunt, in utroque foro hujusmodi, prout eis concessum fuerit, plenariè suffragentur, & valeant. Sixtus IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 24. qua incipit Quoniam, §. 5. & 6.

1486. 31. Oct. — Priori Monasteriorum Subla- 101  
centis, & Sacri Specus, vel ab eo deputatis conceditur facultas, suos, aliorumque Monasteriorum Monachos ejusdem Ordinis, ad dicta Monasteria accedentes, ab omnibus, & singulis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliusque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & poenis à jure, vel ab homine promulgatis, quibus quomodolibet irreciti erunt, injunctis inde eis, pro modo culpæ, poenitentia salutari, & alijs, quæ de jure fuerint injungenda: nec non quibuscunque eorum criminibus, excessibus, & delictis, etiam Sedi Apostolicæ in genere, vel in specie reservatis, toties quoties opus fuerit, absolventi, ac cum.

his super Irregularitate (præterquam ex Homi-  
cidio, aut Bigamia proveniente) etiam dispensan-  
di, omnemque inhabilitatis, & infamæ macu-  
lam, five notam per eos quomodolibet contra-  
ctam abolendi in fœdo Concilietiz duntaxat. *In-*  
*nocentius VIII. apud Margarin. in Bullar. Casin. tom.*  
*2. Constit. 374. qua incipit Sacra Religionis: ¶ Vi-*  
*de infra, 1604. 7. Dec.*

1487. 18. Aug. — Omnes, & singuli, qui se Car-  
dinalium, aut Assistentium, seu Scriptorum eor-  
undem, aut aliarum Personarum quarumcumque,  
ex quarum qualitatibus, & privilegiis, five anti-  
qua consuetudine, literas Apostolicas gratis ex-  
pedire solent, Nepotes, seu Germanos, aut Fa-  
milias continuos commensales in eisdem literis  
nominaverint, cum revera tales non fuerint, Ex-  
communicationis sententia, à qua nisi per Roma-  
num Pontificem pro tempore existentem, mortis  
articulo excepto, ac satisfactione prævia, absolvi  
non possint, innodantur. *Innocentius VIII. apud*  
*Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 11. qua in-*  
*cipit Cum sicut, §. 2.*

1490. 23. Aug. — Confraternitati S. Iohannis Ba-  
pistæ Decollati, *Misericordia* nuncupatæ, in Al-  
ma Urbe institutæ conceditur, ut unum Presby-  
terum Sæcularem aliis idoneum in Confratrum  
Capellanium ad eorum netum amovibilem, qui  
etiam morti à Iudicibus condemnatorum Confe-  
ssiones audiat, habeat, & teneat. *Innocentius VIII.*  
*apud eund. ibid. Constit. 16. qua incipit Inter desidera-*  
*bilia, §. 4.*

1490. 23. Aug. — Universis, & singulis utriusque  
sexus dictæ Confraternitatis S. Iohannis Decollati de  
Urbe Confratribus conceditur, ut aliquem ido-  
neum Presbyterum Sæcularem, vel consulis Or-  
dinis Religiosum, in suum possint eligere Con-  
fessorem, qui vita eis comite, in casibus Sedi  
Apostolicæ reservatis (præterquam offensæ Ecce-  
lesiasticæ libertatis, criminum hæresis, rebellionis,  
aut

aut conspirationis in perionam, vel statum Ro-  
mani Pontificis, seu Sedem Apostolicam, falsita-  
tis literarum Apostolicarum, supplicationum,  
& commissionum, invasionis, depradationis,  
vel occupationis, aut devaluationis Terrarum, &  
Maris Romanæ Ecclesiæ mediæ, vel immediatè  
subjectorum, offensæ personalis in Episcopum,  
vel alium Prelatum, devolutionis Cautarum ad  
Romanam Curiam, delationis armorum, & alio-  
rum prohibitorum ad partes Infidelium) semel  
duntaxat in vita, in aliis verò quoties opus fuerit  
opportunit, Confessione eorum diligenter audi-  
ta, pro commissis eis debitam absolutionem im-  
pendat, & injungat penitentiam salutarem: Nec  
non Vota quæcumque (ultramarino, Limum-  
Apostolorum, & S. Iacobi in Compofella, nec-  
non Castitatis, & Religionis Votis duntaxat ex-  
ceptis) in alia pietatis opera commutare valeat.  
*Innocentius VIII. apud eund. ibid. §. 6. ¶ Vide infra,*  
*1604. 7. Dec.*

1490. 23. Aug. — Confessor, quem Confratres  
præfati S. Iohannis Decollati de Urbe duxerint  
eligendum, omnium peccatorum, semel in vita,  
& in mortis articulo, plenam remissionem eis con-  
cedere valeat: sic tamen, quod idem Confessor de  
his, de quibus fuerit aliter satisfactio impenden-  
da, illam eisdem Confratribus per seipfos, si su-  
pervixerint, vel per alios, si forsan tunc transie-  
rint, faciendam injungat, quam ipsi Confratres,  
vel alii facere teneantur. *Innocentius VIII. apud eund.*  
*ibid. d. §. 6.*

1491. 31. Jan. — Personæ Ecclesiasticæ, seu etiam  
Sæculares, executionem citationum, & aliorum  
mandatorum, seu rescriptorum, & provisionum  
Apostolicarum impediendes, aut impediendis hu-  
julimodi, auxilium, consilium, vel favorem, pu-  
blice, vel occultè, directè, vel indirectè præstan-  
tes, sententiam Excommunicationis eo ipso in-  
currunt, à qua (præterquam in mortis articulo

- confituti, & satisfactione prævia) ab alio, quam à Romano Pontifice pro tempore existente, abolitionis beneficium nequeant obtinere. *Innocentius VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Confit. 17. qua incipit Officii nostri, §. 3.*
1492. 29. Apr. — Indulgentiam Plenariam in mortis articulo, cum abolitione ab omnibus casibus, cum omnimoda auctoritate Apostolica, Monachis Casinensibus concedit *Innocentius VIII. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 1. post Confit. 335. pag. mibi 434.* 107
1493. 1. Apr. — Facientes cavalcatas, & coadnationes, vel invasiones, & occupationes, Excommunicationis majoris anathematis sententiam, à qua non nisi à Romano Pontifice pro tempore existente (præterquam in mortis articulo constituti, & debita satisfactione præmissa) absolvi possint, incurunt. *Alexander VI. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Confit. 1. qua incipit Inter multiples, §. 3.* 108
1495. 30. Sept. — Singulis Fratribus Congregationis Lombardæ Ordinis Prædicatorum in Prestbyteratus ordine constitutis conceditur, ut de licentia pro tempore existentis generalis Vicarii, vel Prioris, seu Præsidentis Domus, Ordinis, & Congregationis hujusmodi, in qua eos residere contigerit, liberè & licitè valeant omnibus & singulis Fratribus, & Sororibus Tertii Ordinis, de Pœnitentiæ B. Dominici nuncupatis, pro tempore existentibus (quando id petierint) tam in die Paschæ, seu Festi Resurrectionis D. N. I. Christi, & infra ejusdem Festi Octavam, quam etiam aliis diebus, etiam in mortis articulo, Euchariæ, & alia Ecclesiastica Sacramenta quæcunque exhibere, & ministrare. *Alexander VI. in Confit. 2. qua incipit Considerantes, apud Peyrin. de Privileg. Regular. pag. mibi 38.* 109
1496. 22. Apr. — Abbates Congregationis S. Iulianæ Paduanæ, & alii Prælati Monasteriorum 110

- ejusdem, Monachi, Conversi, Novitii, & Commissi, prætextu concessionum, quas vivæ vocis oraculo dumtaxat, aut in scriptis à Sede Apostolica, vel ejus Legatis impostum obtinent, seu eorum incorporatione, & descriptione in numero Confratrum, Confratriæ Hospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe Ordinis S. Augustini, aut alterius cujuscunque, que fieret in futurum, ita demum quoad Confessoris electionem, & obtinendum ab eo abolitionis beneficium dumtaxat se juvare possint, si in hujusmodi incorporationum, & descriptionum impetratione, Præsidentis pro tempore dictæ Congregationis, & Confessoris quem elegerint pro tempore electionis, Prælati tunc temporis Monasterii, seu alterius loci eorum tunc residentis expressis accesserint assensus, & Confessor sic electus de dictis Monachis præfatæ Congregationis fuerit; vel sine consensu prædicto ad Priorem Claustralem, seu Decanos dicti loci ad audiendum Confessiones Monachorum deputatos recursum habuerint, & non aliàs, nec alio modo. *Alexander VI. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 1. Confit. 108. ¶ Vide infra 1604. 7. Dec.*
1496. 22. Apr. — Possint prædicti de præfata Congregatione S. Iulianæ Paduanæ, & valeant privilegii, gratiis, & concessionibus prædictis, quoad reliqua in eis contenta, liberè uti, ac in prædicta Hospitalis S. Spiritus de Urbe, & quavis alia Confratritia, in qua Ecclesiastica Personæ recipiuntur, consensu Præsidentis prædicto, & non aliàs, illarum Confratritiarum numero incorporari, & dicta electione Confessoris, ut præfertur, etiam uti, & gaudere. Præfatis autem Abbatibus, Monachis, Conversis, Novitiis, & Commissis inhibetur, ne hujusmodi concessionem, & incorporationem querere, & illis etiam ulque modo questis, & obtentis, & quas etiam cum consensu prædicto eos obtinere conti- 111

gerit in futurum, quoad electionem Confessoris aliter quam ut præmittitur, uti quomodolibet præsumant, sub Excommunicationis lætæ sententiæ poena, quam contrafacientes eo ipso incurrant. *Alexander VI. apud eund. ibid.* ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.

1496. 22. Dec. — Confessarii deputacionem pro Monasteriis S. Marię, & Aureliani Senatoris, & S. Marię Theodoti de Pusterlâ Papiensis, per Abbatem S. Salvatoris, & Priorem S. Spiritus de Papiâ faciendam, Congregationi S. Justini injungit *Alexander VI. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 386. quæ incipit Nuper.* ¶ Vide infra, 1622. 5. Febr.

1499. 8. Febr. — Abbas pro tempore existens Monasterii Ss. Felicis, & Fortunati de Vicentia, vel alius Prælati, qui de Congregatione S. Justini existat, per Præsidentem, & Definidores ad hoc pro tempore deputatus, Monialibus S. Petri Vicentini Sacerdotem, qui earum Confessiones audiatur, deputare valeat. *Alexander VI. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 392. quæ incipit Regimini.* ¶ Vide infra, 1622. 5. Febr.

1505. 27. Nov. — Recipientes, & retinentes Homocidas, Bannitos, exitiosos, & rebelles, aut pro alio capitali crimine condemnatos, aut rigorosos pacem facere recusantes, seu jus sibi contra alium dicentes, aut Cavalcas facientes in Ditione Ecclesię Romanę, seu eidem auxilium, consilium, vel favorem præstantes, Excommunicationis majoris, & anathematis sententiam, à qua non nisi à Summo Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, & debita satisfactione premisa, absolvi possint, incurunt. *Julius II. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 6. quæ incipit Cùm homines.* §. 6.

1506. 28. Jul. — Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Paula idoneum Confessorem, qui

115

805

eos à quacunque Excommunicationis sententiâ, quam incurrisent, absolvat, secumque super Irregularitate eadem de causâ contractâ dispenset, sibi eligere possint: Confessiones quoque quarumcunque Perionarum, tam Religiosarum, quàm Ecclesiasticarum, & secularium ubilibet audire, & illis auditis Personas ipsas, & earum quamlibet, juxta formam, & tenorem privilegii per Sixtum IV. (vide supra, 1474. 27. Maji) Ordini Minorum hujusmodi, ac illius Perionis, & Fratribus dudum concessi, & confirmati, absolvere, ac poenitentiam salutarem illis injungere valeant. *Julius II. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 10. quæ incipit Dum ad Sacrum.* §. 23. & 32. & refert etiam Peyrin. de Privileg. Regular. Constit. 1. ejusd. Pontific. pag. mibi 40. ¶ Vide infra, 1516. 19. Dec. & 1604. 7. Dec. ac 1679. 21. Jun.

1506. 28. Jul. — Generalis Fratrum Ordinis Minorum, & singuli Vigiles, ac Provinciales, & Correctores, & eorum Vicarii in Provinciis, & Vigilantiis sibi commissis, Fratribus constitutis ibidem, nec non & Fratribus aliis ejusdem Ordinis interdum ad eos declinantibus undecunque absolute, & dispensatione indigentibus, sive priusquam intraverint Ordinem, sive post, in casibus excefferint, pro quibus Excommunicationis, vel Interdicti, aut Suspensionis incurrerint sententiâ à Jure, vel à Judice generaliter promulgatas, & hujusmodi sententiis innodati, aut in locis Ecclesiastico Interdicto suppositis Divina Officia celebrantes, vel suscipientes Ordines, sic ligati notam Irregularitatis incurrerint, absolute, & dispensationis beneficium valeant impetiri; nisi adeo gravis, & enormis excessus fuerit, quod sint ad Sedem Apostolicam meritò destinandi. *Julius II. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. quæ dicitur Mare Megnum.* & incipit Virtute, post Constit. 10. ejusd. Pontific. & refert etiam Peyrin. de Privileg. Regular. Constit. 2. præfati Julii II. §. 9. ¶ Vi-

116

- ¶ Vide supra, 1474. 1. Jan. & infra, 1604. 7. Dec.
1506. 28. Jul. — Fratres dicti Ordinis Minimorum, quos pro tempore Generalis, Vigiles, Provinciales, Correctores, nec non & eorum vices gerentes, in proprios habuerint Confessores, absolutionis, & dispensationis beneficium illis, cum expediterit, valeant impertiri, juxta formam concessionis super absolutione, ac dispensatione Fratrum ejusdem Ordinis superius facte. *Julius II. apud eisd. ibid. d. §. 9. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*
1506. 28. Jul. — Volentibus aggregari præfati Ordinis Minimorum consortio, qui Suspensionis, aut Interdicti, vel Excommunicationis sententiis à Jure, vel à Judice promulgatis generaliter sunt ligati, absolutionis beneficium impertiri, ac eos, qui post assumptum habitum, vel Professionem, crissam recognoverint se talibus in sæculo fuisse sententiis innodatos, Generalis, Vigiles, Provinciales, Correctores, ac vices eorum gerentes, valeant absolvere, & cum irregularibus dispensare, si forsitan talibus innodati sententiis, vel in locis Interdicto suppositis Divina præsumpserint Officia celebrare, vel Ordines recipere: ita tamen, quod si alicui ex hujusmodi eisdem sententiis propter debitum sint adstricti, satisfaciant, ut tenentur. *Julius II. apud eisd. ibid. d. §. 9. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*
1506. 28. Jul. — Prædicti volentes aggregari eidem Ordini Minimorum, nisi mox, postquam fuerint absoluti, Ordinem præfatum intraverint, etiamsi super hoc eis inducæ à Prælati Ordinis ejusdem concedantur, eo ipso in pristinas sententiis, à quibus eos taliter absolvi contigerit, relabantur: Dictorum tamen Fratrum discretio cautè provideat, ut Apostolicæ Sedis, Legatorum ipsius, & Ordinariorum locorum in Absolutionibus hujusmodi scandalum evitetur. *Julius II. apud eisd. ibid. d. §. 9. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*

1506. 28. Jul. — Fratres præfati Ordinis Minimorum, quos ab Ordine prædicto pro suis culpis per Generalem, seu Provinciales Correctores, aut Vigiles expelli contigerit, vel qui egressi fuerint proprio suo motu, Confessiones audire non præsumant, nisi ad alium Ordinem, in quo licite hujusmodi officium exercetur, de speciali Superiorum dicti Ordinis Minimorum licentia transferant: Quod si quis Confessiones contra hujusmodi inhibitionem audire præsumpserit, Provinciales Correctores, & Vigiles, ac eorum Vicarii, infra fines suarum Provinciarum, ubi invenerint, Excommunicationis sententiam in eum valeant promulgare. *Julius II. apud eisd. ibid. §. 16.*
1506. 28. Jul. — Universi Fratres præfati Ordinis Minimorum inhibetur, ne aliquis eorum (nisi necessitatis urgente articulo) alius, quàm Prælati suis peccata sua confiteri præsumat, vel aliis ejusdem Ordinis Sacerdotibus secundum Regulam, & ipsius Ordinis Instituta. *Julius II. apud eisd. ibid. §. 24. ¶ Vide tamen infra Constitutionem Clementis VIII. editam 1593. 26. Maji.*
1506. 28. Jul. — Omnibus Superioribus dicti Ordinis Minimorum, & eorum Vicariis, defectum natalium ex Adulterio, Sacrilegio, Incestu, & quovis alio nefario, & illicito coitu provenientem patientibus, nec non cum his, qui ex quavis causa (præterquam Homicidii voluntarii, Bigamie, & mutilationis membrorum) irregulares forent, dispensandi cum dicti Ordinis Professoribus, postquam ipsum Ordinem professi fuerint, facultas conceditur. *Julius II. apud eisd. ibid. §. 29. ¶ Vide tamen infra, 1604. 7. Dec.*
1507. 4. Inn. — Generali, & aliis Abbatibus, Prioribus, & Prælati Congregationis Monachorum B. MARIE Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti, in omnibus casibus (in quibus de jure communi Prælati, & Monachis dictæ Congregationis auctoritas, sive licentia, seu dispensatio Ordina-

44 riorum, si ab eis exempti non essent, foret necessaria cum eis dispensare, eisque licentiam, & auctoritatem concedere permittitur. *Julius II. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 12. quae incipit Esti ad universos, §. 31. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*

1507. 4. Jun. — Personas volentes eidem Congregationi Montis Oliveti sociari, etiam si Religionem, locum, vel Ordinem alium quemcumque, etiam arctiorem, ingredi vovissent, eas à dicto Voto abolvere possint dicti Praelati; & cum ipsis, dummodo in tali Religione, vel Ordine, quem vovissent, Professionem non emisissent, & ante Professionem emissam, ab ipsa Congregatione non recedant, dispensare: Super omnibus etiam Votis (Religionis Voto dumtaxat excepto) similiter dispensare valeant, ac omnibus quocumque Excommunicationis vinculo innodatis Congregationem ipsam Altissimo famularis ingredi volentibus, injunctis eis restitutione & poenitentia salutaris, tanquam uni ex Monachis Congregationis hujusmodi, absolutionis beneficium impendere: Ita tamen, quod si inde ante Professionis emissionem discesserint, in eandem ipso facto incidant. *Julius II. apud eundem ibid. §. 31. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*

1507. 4. Jun. — Praelatis, sive Monachis praefatae Congregationis Montis Oliveti à suis Superioribus ad audiendum Perfaranarum Confessiones deputatis conceditur, quod Personas ipsas ad eos accedentes audire, ac Personae ipsae eis absque alia superiorum Superiorum licentia confiteri possint: nec non dicti Praelati, sive Monachi Confessiones hujusmodi audientes, dictos confitentes, poenitentiam & satisfactionem praemissis, quoties opus fuerit, ab omnibus, & singulis peccatis Sedi Apostolicae non reservatis, & à quibuscumque Suspensionum, Excommunicationum, & Interdicti sententiarum, aliisque Ecclesiasticis Censuris, & poenis, quas à jure,

45 jure, vel ab homine latas incurrisse quomodolibet constiterit, abolvere valeant: & Vota per eos pro tempore emissam, in omnibus, & singulis casibus locorum Ordinariis etiam per Synodales, seu Provinciales Constitutiones reservatis, in alia pietatis opera commutare, & desuper cum eis votibus dispensare; exceptis tamen Censuris, poenis, Votis, & casibus, super quibus esset Sedes Apostolica merito consulenda. *Julius II. apud eundem ibid. §. 32. ¶ Vide infra 1516. 19. Dec. & 1604. 7. Dec. ac 1670. 21. Jun.*

1507. 18. Aug. — Nullus ex Reverendae Camerae Apostolicae Praesidentibus, Clericis, Notariis, Officialibus, Ministris, omnibusque aliis, & singulis, cujuscumque gradus sint, ullos Libros, sive Scripturas, quae in dicta Camera reservari debent, apud se ullatenus habere, & retinere, ultra terminum decem dierum, postquam à dicta Camera illa receperit, abique speciali mandato, & licentia dictorum Praesidentium, & Clericorum, audeant, vel praesumant, alioquin sciant, se majoris Excommunicationis sententiam incurrisse, quos ut tales ex nunc prout ex tunc per praesentes declarat *Julius II. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 14. quae incipit Cum sicut, §. 2.*

1509. 24. Febr. — Duellorum, & Gladiatorum ulum damnatae, & improbat, & in Terris Romanae Ecclesiae, mediate, vel immediate subjectis, sub Excommunicationis latae sententiae poenae fieri omnino prohibet, quam etiam, & in super Interdicti Ecclesiastici, locum, seu campum liberum ad Duellum, seu aliis ad pugnandum tutum, assignantes, concedentes, tradentes, vel assignari, concedi, seu tradi facientes, vel permittentem incurtere intendit *Julius II. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 19. quae incipit Regis pacifici §. 2. & 3.*

1509. 1. Jun. — Indulta, quae quoad Absolutionem,

nem, Dispensationem, vel aliàs ad Priorem generalem, seu Magistrum Ordinis Prædicatorum spectant, ad Ministrum, vel Vicarium generalem Fratrum Minorum per Communionem pertinent: Et ea, quæ ad Priores Conventuales, idest Prælatos singularum Domorum Ordinis Prædicatorum, & eorum Vicarios similiter spectant, ad Guardianos, & eorum Vicarios Ordinis Minorum: Et ea, quæ ad Priores, seu Vicarios, vel Sub Priores, Provinciales, idest Prælatos, qui mediū sunt, quocunque nomine censentur, vel vocentur, inter dictum Generalem, seu Magistrum Ordinis, & Priores Conventuales, eorumque Vicarios simili modo spectant, ad Ministros, & Vicarios Provinciales, ac Custodes, qui etiam mediū sunt inter Ministrum, & Vicarium generalem, & Guardianos, eorumque Vicarios similiter pertineant. *Julius II. in Constitut. 12. quæ incipit Aliàs, apud Peyrin. de Privileg. Regularum pag. mibi 101.*

1509. 14. Dec. — Ut Ordinis Prædicatorum Præsidentes vultum pecoris sui agnoscere queant, Besones Ordinis præfati, Confessionalibus, vel Indulgentiæ litteris, etiam per Sanctam Sedem, emissis, vel emittendis ( nisi consensu Generalis Magistri ejusdem Ordinis accedente, & eo durante ) gaudere nequaquam possint. *Julius II. in Constitut. 13. quæ incipit Considerantes, §. 2. apud d. Peyrin. pag. mibi 102.*

1510. 27. Febr. — Regularibus habentibus expressam auctoritatem absolvendī à Casibus Bullæ Cœnæ non obstat illius publicatio, quæ fit singulis annis. *Julius II. in Constitut. 14. quæ incipit Exponi, §. 2. apud eund. ibid. pag. 103. & referunt etiam Margarit. in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 347. ac Passerin. de elect. canon. cap. 26. nu. 48. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec. & 1670. 21. Jun.*

1510. 9. Jul. — Excommunicationis late sententiæ pœnam incurrit Fratres Ordinis Minimorum, ali-

aliquem ex Fratribus Ordinis Minorum de Obstantia modo aliquo, vel causa recipere, vel retinere præsumentes, sine expressa, & speciali licentia Sedis Apostolicæ, à volente ad illos transire specialiter obtenta. *Julius II. in Constitut. 16. quæ incipit Exponi, §. 2. apud Peyrin. de Privileg. Regularum pag. mibi 105.*

1512. 2. Apr. — Priori generali, & Visitatoribus, ac singulis Prælatis Congregationis Canonico-rum Regularium S. Salvatoris, Ordinis S. Augustini, conceditur, ut cum Canonicis, Novitiis, Con-versis, & Commissis ejusdem Congregationis dispensatione indigentibus, sive priusquam intraverint Congregationem, & Ordinem hujusmodi, sive post, ac Monialibus, sive Sororibus, & Oblatis, seu Commissis Personis utriusque sexus, quarum curam gerunt, in casibus, quibus excelsent, & pro quibus Excommunicationis, vel Interdicti, aut Suspensionis sententiæ à jure, vel ab homine generaliter promulgatas incurrerint, & hujusmodi sententiis innodati, aut in locis generali, vel speciali Ecclesiastico suppositis Interdicto, Divina Officia celebrantes, vel suscipientes Ordinem, sic ligati notam Irregularitatis similiter incurserint, & in omnibus aliis Casibus, etiam ex causa cujuscunque Simoniz, qualitercunque generaliter, vel specialiter Sedi Apostolicæ reservatis ( exceptis dumtaxat hæreticorum relapsorum, & schismaticorum, desertantium prohibita ad Infideles, & litteras Apostolicas falsificantium, qui omnino ad Sedem Apostolicam sunt remittendi ) abolitionis, & dispensationis beneficium, juxta casuum exigentiam, valeant impertiri. Canonici verò, & alii, quos pro tempore Prior generalis, Visitatores, & Prælati prædicti in propriis habuerint Confessores, eisdem abolitionis, & dispensationis beneficium etiam concedere possint. *Julius II. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constitut. 30. quæ incipit Inter ceteros, §. 28. ¶ Vide in-*



de infra 1604. 7. Dec. &amp; 1822. 5. Febr.

1512. 2. Apr. — Prælati, seu Canonici dictæ Congregationis S. Salvatoris Ordinis S. Augustini à iuris Superioribus ad audiendum Personarum Confessiones deputatis conceditur, quod Personæ ipsæ ad eos accedentes audire, & Personæ ipsæ eis abique alia eorum Superiorum licentia confiteri possint: Dicti autem Prælati, seu Canonici Confessiones huiusmodi audientes, dictos Confitentis, penitentia & satisfactione præviis, quoties opus fuerit, ab omnibus & singulis peccatis Sedi Apostolicæ non reservatis, & à quibuscunque Suspensionum, Excommunicationum, & Interdicti sententiis, aliisque Ecclesiasticis Censuris, & penis, quas à jure, vel ab homine latas incurrisse, quomodolibet confiteri, absolvere, & Vota per eos emissa in omnibus & singulis casibus locorum Ordinariis etiam per Synodales, seu Provinciales Constitutiones reservatis, in alia pietatis opera commutare, & desuper cum eisdem voventibus dispensare (exceptis tamen Censuris, & penis, Votis, & casibus, super quibus esset Sedes Apostolica merito consulenda) & ipsi consentientibus Eucharistiæ Sacramentum ministrare liberè valeant: Ordinariis igitur, ac Rectoribus Parochialium Ecclesiarum inhibitor, ne eorum Parochianis, quod Canonici dictæ Congregationis non confitentur, aliquo pacto prohibere, seu persuadere præsumant, & nullatenus denegent ministrare huiusmodi consentientibus quæcunque Ecclesiastica Sacramenta, dummodo aliquod canonicum impedimentum, & rationabilis causa non subsistat.

*Julius II. apud eund. ibid. §. 29.* ¶ Vide tamen infra, 1516. 19. Dec. & 1604. 7. Dec. ac 1670. 21. Jun.

1512. 2. Apr. — Liceat ipsi Canonici Regularibus præfatæ Congregationis S. Salvatoris, & cuilibet ipsorum, nec non Conversis, Commisus, & Novitiis suis, ac Monialibus, sive Sororibus, & Oblatis, seu Commisus Personis prædictis utriusque

que sexus semel in vita, & mortis articulo, quicumque Presbyterum ex Canonici dictæ Congregationis, in calu verò necessitatis alium Presbyterum idoneum, tam Sæcularem, quam cuiusvis alterius Ordinis Regularem, in iurum eligere Confessorem, qui Confessionibus huiusmodi diligenter auditis, pro commissis per eos criminibus, delictis, & peccatis, in omnibus & singulis etiam Sedi Apostolicæ reservatis casibus debitam absolutionem, & plenariam omnium peccatorum suorum remissionem possint impendere, & penitentiam injungere salutarem. *Julius II. apud eund. ibid. §. 30.*

¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.

1513. 6. Maji — Correctoribus Domorum Ordinis Minimorum pro tempore, & ubique existentibus facultas conceditur deputandi singulis annis sex, aut plures Presbyteros idoneos Sæculares, aut dictarum Domorum Fratres, qui in celebritate omnium Sanctorum, Assumptionis, & Annunciationis B. MARIE, ac Pentecostes, & die præcedenti in Ecclesiis ejusdem Ordinis, Confluentium Confessionibus diligenter auditis, eis pro commissis per eos delictis, etiam in singulis casibus Episcopaliibus, absolutionis beneficium impendere, & penitentiam salutarem injungere, nec non Vota quæcunque per eos pro tempore emissa (Religionis, & Castitatis, ac ultramarino, nec non liminum Apostolorum Petri & Pauli, ac S. Jacobi in Compostella Votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeant. *Leo X. in Constit. 2. que incipit Pastoris §. 2. apud Pevtin. de Privileg. Regular. pag. mihi 110.* ¶ Quoad Sæcularium Confessiones, vide ejusdem Pontificis Bullam editam 1516. 19. Dec. ¶ Quoad verò Casus Episcopales ad sunt plures resolutiones, sed vide infra, 1670. 21. Jun.

1513. 4. Jul. — Generalis Congregationis Eremitæ Camaldulensis Monachorum Ordinis S. Benedicti, nec non Abbates, Priores, & Prælati pro